



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Semper Gavdendi

Demonstrata Ex Sola Consideratione Divinae Providentiae Et Per
Adventuales Conciones

Sarasa, Alfonsus Antonius de

Antverpiae, 1664

Elenchvs

urn:nbn:de:hbz:466:1-13517


ELENCHVS

TRACTATVS I.

PROOEMIALIS.

Ostenditur gaudium perpetuum, seu quietem animi, etiam in hoc mundo comparari posse. Artis huius summa est, non res sibi, sed se rebus prout eueniunt, accommodare: & vt hoc possis, maximam de Deo habere opinionem, cuius nutu omnia gubernantur. fol.1.

SYNOPSIS.

s. I.  Ptatur omnibus verum Gaudium, optimum sanè votum quod in hoc mundo possumus apprecari. fol.2.

s. II. Gaudium hoc, in quiete animi consistere. Ostenditur autem, hanc quietem in medijs mundi fluctibus posse obtineri, mutatâ tantùm, quam de rebus habemus, opinione. fol.6.

s. III. Opinio autem quam precipuè oportet corrigere, est quod non res nobis, sed quod nos rerum euentibus debeamus accommodare, sic vt velimus fieri omnia prout sunt, que impedire non possumus. f. 11.

s. IV. Vt autem iudices omnia bene fieri, rei euentus non in seipsis, sed in Dei dirigentis omnia, dispositione considerandi sunt. f. 17.

P A R S I.

Excitatur magna de Dei Prouidentia opinio,
quæ sit omnis Tranquillitatis primum funda-
mentum.

TRACTATUS II.

Ostenditur fusius, quòd vt omnibus rerum euentibus
acquiescas, habenda sit maxima de Dei Prouidentia
opinio. Hæc autem excitatur primò ex consideratio-
ne instrumentorum, quibus vtitur Deus ad governa-
tionem vniuersi. fol. 23.

S Y N O P S I S.

S. I. **V**T acquiescas omnibus rerum euentibus, certò statuendum
est omnia à Deo dirigi, & maxima de eius Prouidentia, ha-
benda existimatio. fol. 24.

S. II. Vt autem opinionem magnam de Dei Prouidentia efformes,
non est necesse singulares omnium euentuum scire causas. sufficit v-
niuersalis de Dei Prouidentia cognitio. Quod ostenditur comparatio-
ne nauigantis de Naucleri sui peritia iudicium ex instrumentis qui-
bus vtitur, efformantis. fol. 28.

S. III. Comparatio applicatur iudicio, quod de diuinâ governa-
tione ferre debemus. fol. 32.

S. IV. Vt igitur magnam illam de Dei Prouidentia opinionem
excitare incipiamus, considerantur generatim instrumenta corporea,
quæ Deus vniuersi gubernationi adhibet, nobisque sunt conspicua. vt
Celum, Sol Luna, Terra. fol. 35.

S. 5. Instrumenta autem ea, non casu sic constructa, sed summo
iudicio à Deo vsibus suis aptata esse considera. Refellit hinc senten-
tia eorum qui per atomos & quidem casu vniuersum conditum con-
cipiunt.

cipiunt.

S. 6. Adde quod tam præclara instrumenta non ideo confecerit Deus, ea tantum ut essent in rerum natura, sed ut per ea Naturam ipsam visibilemque hunc mundum aptè dirigeret. Exponitur utcumque quo modo Deus celestia corpora ad sublunaria curanda adhibeat. fol. 39. fol. 43.

TRACTATUS III.

Vt autem opinio, quam de Dei Providentiâ animo fixam habere debemus, magis augeatur: ostenditur eum etiam minima quæque & vilissima, vti nobis quidem videntur, dirigere, & Providentiâ suâ complecti. fol. 47.

SYNOPSIS.

- S. I. EX tam constanti celestium corporum situ & circumuolutione, Philosophi Ethnici vnum tantum esse collegerunt summum Deum omnium gubernatorem. Et quidem rectè. fol. 48.
- S. II. Non rectè tamen voluere Dei gubernationem ad sublunaria se non extendere. fol. 51.
- S. III. Deum sublunaria, & quidem minutissima quæque curare probatur ex ipsa corporum celestium constructione & fine. fol. 54.
- S. IV. Deum vero celestibus corporibus velut instrumentis vti, ad sublunarium curationem, expenditur & fusè declaratur. fol. 57.
- S. V. Deum esse & non alium qui eum in finem celestibus vtitur, amplius expenditur & probatur ex Scripturis. fol. 61.
- S. VI. Adeo autem non esse Deo indignum, ut potius sit gloriosissimum minima quæque producere, eorumque curam gerere. Exponitur maximum in minimis artificium. fol. 63.
- S. VII. Hinc concluditur in omnibus etiam minutissimis nature euentibus, admirandam esse & adorandam Providentiâ Dei. fol. 67.

TRACTATVS IV.

Verùm cum non sufficiat, scire me omnia à Deo administrari, vt omnibus rerum euentibus acquiescam, nisi id etiam intelligam sapienter administrari omnia : ad formandam penitus magnam, quam de directione Dei concipere debemus, opinionem, attenditur infinita Dei sapientia & scientia. fol. 70.

S Y N O P S I S.

§. I. *Q*uod si prout omnia à Deo fieri, ita sapienter etiam fieri, & in bonum finem ordinari, mihi persuaserò; tum verò video, in omnibus rerum euentibus, acquiescere debere me. fol. 71.

§. II. *V*t autem hoc ipsum mihi persuadeam, non est opus omnium euentuum tenere causas, easque iustas esse vt iudicem: tantùm id certò statuendum est, à Dei sapientià hunc euentum esse destinatum, & facillè tunc acquiescam, rationesque quibus defendam factum, multas inueniam. fol. 73.

§. III. *E*xponitur magis iam dicta praxis. fol. 77.

§. IV. *V*t autem summam de Dei sapientià concipias opinionem, variè eius scientiæ, seu sciendi modi exponuntur. Ac primò quidem, vt Theologi eam vocant, scientia simplicis intelligentiæ. fol. 80.

§. V. *Q*uam necessaria fuerit eadem scientia, ad creandum & ordinandum hoc Vniuersum, seu hanc, quæ modo est, creaturarum seriem. fol. 83.

§. VI. *E*xponitur scientia visionis, & quo modo Deus creaturas reipsà aliquando creandas, ordinet ac disponat. fol. 87.

§. VII. *E*xponitur sed breuiter scientia conditionalium, quæ Deo necessaria ad dirigendos actus liberos Angelorum & Hominum, eoque euentus qui ex libero pendent arbitrio. fol. 92.

TRACTA-

TRACTATUS V.

Tandem ex dictis ostenditur nihil prorsus temere aut casu fieri, sed summo Dei iudicio, attentione, & ratione. Rationum autem percipiendarum humanam mentem capacem non esse, liquidò demonstratur. fol. 95.

SYNOPSIS.

S. I. **P**roponuntur rursus tres Scientiæ Dei, veluti tres libri quibus Deus studeat, ut inde deducatur nihil casu, sed studio fieri omnia. fol. 96.

S. II. Ostenditur itaque primò, nihil casu creatum aut productum, sed destinato Dei consilio. Exponitur nouo modo, quid Creatio, quid Conseruatio sit in Deo; in creaturis verò quid sit Dependentiã à Creatore. fol. 100.

S. III. Deinde ostenditur nihil casu aut temerè in rerum iam creatarum naturã aut actionibus fieri. Quod quidem rursus Primò in rebus ratione, & libero arbitrio carentibus probatur. fol. 104.

S. IV. Secundo, nihil etiam in iis qui à libero hominum arbitrio dependent euentibus, casu fieri respectu Dei, & quomodo illo utatur sic ut infallibiliter suam consequatur mentem, explicatur. fol. 107.

S. V. Omnia igitur bene & optimè euenire statuendum est: nec nos miseros mortales, eos esse, qui quidquam possimus in hac rerum serie reprehendere; corrigere verò, multò minus. fol. 113.

DISSERTATIO THEOLOGICA.

Responsio ad ea quæ Reuerendissimus Dominus Ioannes Caramuel de Scientiã conditionalium docet in Theologiã suã fundamentali. fol. 120.

S. I.

s. I. **S**cientia conditionalium, quæ Deus omnia conditionatè futura illimitatè nouit, receptissima est apud Theologos omnes. fol. 120.

s. II. Eam tamen ad pauca quedam limitare & restringere conatur Caramuel sed malè. fol. 121.

s. III. Ostenditur quàm improbabiler Caramuel finxerit decreta absoluta Ceilitarum & Saulis; deinde quòd illis adhuc positis, Deus non potuerit infallibiliter prædicere Dauidi futuram proditionem Ceilitarum, sine Scientiâ conditionalium illimitatâ. fol. 125.

s. IV. Sine ullâ probabilitate fingit Caramuel duo decreta humana, Iſraëlitarum vnum, Ethnicarum alterum, vt explicet testimonium 3. Reg. 11. fol. 132.

s. V. Tyrionum & Sidoniorum decreta, de acceptandâ Religione, quæ miraculis confirmaretur, gratis fingit Caramuel. fol. 135.

s. VI. Iterum fingit decretum inauditum in iusto rapto, vt explicet locum Sap. 4. fol. 138.

P A R S II.

Respondetur dubiis quæ Diuinæ Prouidentiae solent opponi.

TRACTATUS VI.

Optimè à Deo permitti peccata in hoc mundo, demonstratur: ac propterea neminem iis turbari debere. fol. 142.

SYNOPSIS.

s. I. **I**nculcatur iterum omnia à Deo benè fieri; nosque capaces non esse qui de rerum euentibus iudicemus, aut quidquam statuamus. fol. 143.

s. II. Vt autem plenè acquiescamus, iudicemusque omnia optimè fieri,

fieri, ostenditur quod finis ultimus omnium actionum Dei, sit eius Gloria. Hinc desumitur noua praxis gaudendi in rebus prosperis, que & aduersis conuenit. fol. 147.

§. III. Hinc etiam ostenditur bene à Deo peccata permitti. Primò quidem, quia gloriosius Deo à Creaturâ libero arbitrio præditâ liberè, quàm ab alijs necessitate obediri. fol. 152.

§. IV. Secundo, quia per peccata Gloriam suam amplificat; ostendendo nimirum longè plures perfectiones, quàm si peccata nulla esse potuissent. aut non fuissent. fol. 156.

§. V. Tertio, quia Deus iis utitur ad bonum & utilitatem hominum; que summa Dei ars est & gloria. fol. 161.

TRACTATUS VII.

Ostenditur bona & mala huius mundi, bene dari etiam malis: sic ut nec soli & omnes mali bona habeant, aut mala; nec etiam omnes & soli boni bonis affluent, aut malis vexentur. Itaque non affligat nos fortuna aliena. f. 165.

SYNOPSIS.

§. I. **Q**uare via impiorum prosperetur, non intelligemus perfectè nisi in nouissimis eorum. Ut modò acquiescam, sufficit scire me, Deum sic disponere. fol. 166.

§. II. Sed licet perfectè rationes omnium non intelligam, id tamen video, felicitate impiorum Deum uti, ut nos magis in Fide confirmet, præsertim Resurrectionis, & future Vitæ æternæ. fol. 159.

§. III. Deinde per felicitatem impiorum, iustos confirmat in spe. fol. 170.

§. IV. Tertio per felicitatem impiorum, magnitudinem celestis Gloriæ demonstrat. Patere igitur felicitatem eorum, tibi tam utilem. fol. 174.

§. V. Rehtë tamen nec solis malis bona, nec solis bonis mala eueniunt; ut hinc discas, nec que vocantur bona, vera bona esse, nec que

H h h

mala

mala verè esse mala. Hinc utraque æstima prout sunt, non prout nominantur. fol. 177.

§. VI. Ostenditur denique diuisionem fortunarum aliter institui non debuisse, adeoque non potuisse nisi eo quo iam modo facta est. Itaque felicitati alienæ ne inuide, & alienis malis acquiesce. fol. 182.

TRACTATUS VIII.

Ostenditur bonos & malos promiscuè inter se habitare debuisse. Item non bona fortunæ modò, sed & dotes corporis & animi, hominibus non æqualiter debuisse dari. Itaque ne te affligant defectus nec miserix alienæ, aut etiam propriæ. fol. 189.

SYNOPSIS.

§. I. Proponitur ingens hominum, non fortunis modò, sed nature dotibus inter se differentium, & nihilominus promiscuè inter se habitantium, varietas, multarum perturbationum causa. Verùm homines inter se tam varios, promiscuè tamen habitare debuisse ostenditur. fol. 190.

§. II. At, inquires, diuersitatem illam geniorum Deus inter homines inducere non debuerat. Proponitur obiectatio; omnia scilicet æqualiter diuidi debuisse. fol. 196.

§. III. Quod ut refutetur, ostenditur sine maximâ opum fortuneque inæqualitate, genus humanum licet condi potuerit, conseruari tamen non potuisse. fol. 199.

§. IV. Expenditur quanto artificio tantam muniorem differentiam inter homines Deus inuexerit. Atque hinc euincitur, ingeniorum & inclinationum tantam varietatem planè fuisse orbi necessariam. fol. 202.

§. V. Tandem, tantam nature ingeniorum, fortune, & officiorum mutationem & varietatem, salutis nostræ conducibiliorem esse ostenditur. fol. 209.

PARS

P A R A S III.

Ostenditur quòd omnibus rerum euentibus
acquiescendum sit.

TRACTATVS IX.

Agitur quomodo calamitates cladesque publi-
cæ aspiciendæ sint, vt per eas non turbemur.
fol. 215.

SYNOPSIS.

s. I. **P**roponuntur præcipue querimonie, quibus circa rerum pub-
licarum euentus, solent homines inquietari. fol. 216.

s. II. Vt his satisfiat, ostenditur imprimis, omnes nature calami-
tates, deinde etiam Prouinciæ & Regnorum ortus & occasus,
à Deo esse iudicante id rebus humanis conuenire. Quod cuique debet
esse satis, ne turbetur. fol. 220.

s. III. Per malam rerum publicarum administrationem regna per-
di, regnorumque fortunam transferri ostenditur: idque quatuor mo-
dis. fol. 226.

s. IV. Vt ergo Regni felicitatem imminuat, aut etiam plandè trans-
ferat Deus, permittit maleferiatos Reges, insana Magnatum consi-
lia; ignauiam militibus immittit; Præfectorum insolentiam, populi-
que dissentiones excitat. fol. 229.

s. V. Ne verò quis conqueri de Deo possit quòd hæc permittat aut
immittat, ostenditur ob peccata populi, ab eo Regna fortunamque
transferri. fol. 236.

s. VI. Itaque acquiesce publicis malis: quod vt facias, non cla-
des ipsas, sed Deum auctorem primò, deinde peccata, causam nimi-
rum impellentem, aspice. fol. 240.

TRACTATUS X.

Vnumquemque suo statu contentum debere
viuere generatim ostenditur. fol. 243.

SYNOPSIS.

- §. I. **V**T quisque contentus sit esse id quod est, id sibi persuadeat,
à Deo sic se in orbe constitutum sicuti est. fol. 244.
§. II. Quia id nemo considerat, ideo nemo vnus suâ conditione
contentus est. Ostenditur autem quâ id contra rationem sit. fol. 247.
§. III. Ostenditur deinde, quòd statu suo non esse contentum, sit
totius Vniuersitatis tranquillitati & ordini se opponere, quòd sanè
absurdum. fol. 253.
§. IV. Occurritur obiectionibus. Ac primò ostenditur quòd quiuis
in suo statu possit Deo perfectè seruire. fol. 258.
§. V. Secundò, neminem posse iudicare, quòd alio in statu, perfe-
ctiorem vitam esset acturus. fol. 260.
§. VI. Ostenditur tertio, ideo tibi, statum quem habes, selegisse
Deum, quia is tibi salutis consequende erat aptior. fol. 264.

TRACTATUS XI.

Ostenditur vnumquemque vt suo statu conten-
tus sit, etiam debere acquiescere omnibus
qui præcesserunt euentibus, quibusque ad
eum statum est perductus. fol. 269.

SYNOPSIS.

- §. I. **E**xponitur quid propriè sit status: quomodo ad eum, & per
que adiumenta à Deo perducamur: & quando in eo sit
perseuerandum. Deducitur id per aliquot casus. fol. 270.
§. II. Qui suo statu contentus est, etiam in eum adiumentis omni-
bus,

bus, hoc est euentibus, qui extrinsecus illum ad hunc statum perduxerunt, contentum esse necesse est. fol. 277.

§. III. Item *§* internis quas habet animi dotibus, necesse est ut acquiescat. fol. 282.

§. IV. Denique ut suis etiam dotibus contentus quisque sit, eas cum alienis ne comparet; nec si maiores tuis in alio compereris, illi inuidens. fol. 287.

TRACTATUS XII.

Ostenditur quod qui suo statu contentus est, etiam iis bonis & malis quæ illum statum constituunt, debeat acquiescere. Hoc est, dignitati, opificio, opulentia, parcitati bonorum, paupertati &c. fol. 293.

SYNOPSIS.

§. I. *¶* UT statui tuo plenius acquiescas, magis ostenditur, optime id factum, ut in nostrâ manu non esset eligere quem vellemus. fol. 294.

§. II. Nihil itaque statui tuo demptum vel adiectum cupias, si tuo contentus es. Nec alieno adiectum dole quod deest tuo. fol. 298.

§. III. Ideo autem nihil tibi adiaci vult Deus, ne statim te tui status fastidium subeat, illumque in eum qui tibi non conuenit, commutare velis. fol. 303.

§. IV. Occurritur obiectioni de filiorum curâ habendâ. Item ostenditur quod modicum quid additum statui, statum mutet tibi peculiarem *§* proprium. Exponitur duplex status; genericus alter aut specificus, alter peculiaris *§* indiuiduus. fol. 306.

§. V. Ostenditur nociturum id tibi, si per diuitias incrementum statui tuo fiat; neque ea te facturum bona opera diuitem, que facturum te pauper credis; imo ne ea quidem que pauperior modo facis. fol. 310.

§. VI. Exemplo Eulogii dicta confirmantur. fol. 312.

H h h 3

TRACTA

TRACTATVS XIII.

Ostenditur quòd qui statu contentus est, etiam difficultatibus omnibus quæ extrinsecus adueniunt, quæque statum necessariò comitantur, debeat acquiescere. fol. 318.

SYNOPSIS.

S. I. Passim queruntur homines pacem suam & quietem, per difficultates extrinsecus superuenientes interturbari. fol. 319.

S. II. Verùm ostenditur ideo turbari homines, quòd harum difficultatum auctorem & directorem Deum, numquam præ oculis habeant. fol. 321.

S. III. Deinde quòd aduersa sibi esse falsò credant ea, quæ profunt maximè & rem promouent. Quomodo autem aduersa profunt, declaratur. fol. 325.

S. IV. Ut autem bono tuo & bene patiaris, imprimis noli Deo patiendi materiam immittendam, aut modum præscribere: verùm velis pati quidquid, & prout euenerit; non quod tu elegeris. fol. 331.

S. V. Et ut patiaris libenter ea quæ tibi accidunt, semper mala aspice ut à Deo tibi magno consilio immissa, etiam ea quæ per malitiam humanam obueniunt. fol. 334.

TRACTATVS XIV.

Ostenditur cum qui suo statu contentus est, etiam acquiescere debere omnibus ijs, quæ ab illo statu expectantur, quæque illum necessariò consequuntur. fol. 341.

SYNOP.

S Y N O P S I S.

- S. I.** *Qui indiuiduo & singulari suo statu contentus est, etiam operibus quæ ab illo statu expectantur, sit contentus.* fol. 342.
- S. II.** *Qui operibus sui status contentus est, debet etiam molestiis acquiescere, quæ in operibus illis exercendis reperiuntur: item illis quæ ea opera consequuntur.* fol. 347.
- S. III.** *Traditur modus quo excipiendæ sunt molestiæ & dolores, ut in iis constitutus, iis tamen acquiescas; hoc est, ut in dolore gaudeas.* fol. 349.
- S. IV.** *Ostenditur propositâ praxi, dolores ipsos vehementer subleuari, commodè que ferri.* fol. 355.
- S. V.** *Declaratur quo pacto, tuo statu contentus licet sis, possis nihilominus incommoda tui status auertere, imo & statum ipsum quandoque cum feliciore permutare.* fol. 357.

TRACTATUS XV.

Ostenditur eum qui statu suo contentus est, etiam morti, & mortis horæ, & mortis modo, penitus debere acquiescere, & lætum hoc est volentem mori. fol. 364.

S Y N O P S I S.

- S. I.** *Ponuntur quatuor rationes, ob quas mors vulgo habetur terribilis, mox refutandæ.* fol. 366.
- S. II.** *Verùm si contentus es humano statu, etiam mortalis esse debes, & verò etiam velle mori.* fol. 368.
- S. III.** *Qui verò mori contentus est, etiam mortis temporì & horæ debet acquiescere.* fol. 372.
- S. IV.** *Qui autem mortis suæ temporì acquiescit, etiam mortis modo, morbisque mortem inferentibus contentus esse debet. Morbos autem magnum Dei artificium esse declaratur.* fol. 377.
- S. V.** *Ostenditur mortem ob æternæ salutis, aut damnationis periculum,*

*culum, timendam non esse: neque horam mortis conuenienter præ-
sciri aut debuisse aut potuisse.* fol. 382.

*S. VI. Itaque cum mortis momentum aduenerit, hoc age ut bene,
id est lætè sine libenter moriaris. Exponitur per quos actus id sit
agendum.* fol. 387.

TRACTATVS XVI.

Synopsis omnium præcedentium Tractatum:
seu demonstratiua deductio, & connexio to-
tius argumenti, cum conclusione. fol. 390.

AD MAIOREM DEI GLORIAM.

ERRATA.

fol. 36 lin. 19. est tua. leg. &. fol. 61. lin. vltima frigere leg. frigore. fol. 110.
lin. 21. pignora leg. pignore. fol. 118. lin. 32. gustu leg. gustui. fol. 139. lin. penul.
à fine. omnium. leg. omnia. fol. 255. lin. 3. à fine felicitati. leg. felicitatis. ibid.
lin. vltimâ, cursum. leg. cursum. fol. 296. lin. 27. incipias. leg. incipies. fol. 297.
lin. 15. ipse leg. ipse. fol. 286. lin. 6. à fine manus. leg. manu. fol. 331. lin. 16.
stacci. leg. stocci. fol. 380. lin. 8. à fine. factu. leg. farto. fol. 385. lin. 21. ostendam.
leg. obtendam.